1887

rionum, mobilium et immobilium, summarumque quarumvis pecuniariarum, nec non auri, argenti, clenodiorum, unionum, margaretharum, vestium, vestimentorum, stanni, aeris, cupri, orichalci, pecorum, pecudum, equorum, equiree, ac totius supellectilis domesticae nunc habitae et in post habendae, dedit, dotavit, dotalitiavit, inscripsit et reformavit, prout dat, dotat, dotalitiat, inscribit et reformat praesentibus. Per ipsam Nobilem Mariannam Horodyska, sui Recognoscentis Consortem Legitimam, et ipsius Posteros, eandem medietatem Bonorum suorum generaliter omnium cum universis ipsorum utilitatibus et usufructibus competentiaque et praerogativa quavis tenendi habendi et possidendi, illisque quiete et pacifice utifruendi, ac ad usus suos et suorum Successorum quosvis beneplacitos libere et effectualiter convertendi, vigore ac more aliarum Reformationum hactenus et diutius in Regno Poloniae observari solitarum.

Litynski Strzelbickiemu Donat.

Comparens personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus, Nobilis Petrus Litynsky, olim Nobilis Gregorii Litynski Filius, sanus mente et corpore existens, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni quoad Actum hunc attinet, se, cum Successoribus, ac Bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando, atque subiciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognovit, Quia ipse Bona sua propria et haereditaria infrascripta, videlicet hortum unum cubitorum Quadraginta na Sosnicy in sorte Maciyowszcz in Bonis Villae Hulczyce 167

1888

Terra et Districtu praesenti Premysliensi iacen. et consistent. cum omni praemissorum Iure Dominio, proprietate et haereditate, tituloque haereditario cumque omnibus et singulis Bonorum eorundem utilitatibus, fructibus, proventibus reditibus commodis, emolumentis, et obventionibus quibusvis, attinentiisque et pertinentiis generaliter Universis. Nihil ex praemissis Iuris Dominii, proprietatis, haereditatis aut cuiusvis competentiae et praerogativae pro se Recognoscente suisque Successoribus aut quopiam alio reservando seu excipiendo verum ita late, longe, circumferentialiterque prout praefatorum Bonorum haereditas se in suis metis et limitibus ab antiquo extendit et protenditur et prout eadem Bona ipsemet Recognoscens tenuit, habuit et possidebat ipsumque concernebant ac eidem legitime serviebant. Iam ex nunc et de facto Nobili Zachariae Strzelbicki Zychalowicz eiusque Posteris dedit, donavit, inscripsit et resignavit, prout dat donat actu ipso pure mere, perpetue ac irrevocabilis donationis inscribit et resignat perpetuis et in aevum irrevocabiliterque. In quaequidem Bona sic praescripta donata, isidem Recognoscens Nobilis Petrus Lityński praenominato Nobili Zachariae Strzelbicki Zychalowicz Donatario suo eiusque Posteris iam ex nunc et de facto coram Officio praesenti dat et admittit realem Intromissionem et actualem pacificamque Possessionem per Ministerialem quemcunque competentem et Nobiles duos die quacunque voluerint Officiose acceptandam per ipsum Nobilem Zachariam Strzelbicki Zychalowicz Donatarium suum, eiusque Posteros, haec eadem praesentibus donata, cum omni Iure, Dominio proprietate competentiaque et praerogativa quavis tenendi habendi et possidendi, illisque quiete et pacifice utifruendi, ac ad

E Bona

suos, suorumque Successorum quosuis beneplacitos usus fructus libere et effectualiter convertendi perpetuis et aeternis temporibus. Debetque et tenebitur memoratus Recognoscens, Nobilis Petrus Lisynski prout se ac suos Successores in et super Bonis suis generaliter omnibus, summisq quibusvis pecuniariis habitis et habendis suprascripto Nobili Zachariae Strzelbicki Tychalowicz Donatario suo inscribit et obligat praesentibus, ipsum et eius Successores in dictis Bonis per praesentes donatis, et ratione eorundem omnino ab omni et quavis impetitione iuridica quarumcunque personarum cuiuscunque conditionis, status, et sexus quavis existentium ex occasione suprascriptorum modo quovis exorienda per omnes praescriptiones Terrestres, prout ad quamlibet personam Terrestrem spectat et pertinet praescriptis in omni Iudicio et Officio Regni semper toties quoties opus fuerit tueri, defendere, evincere, intercedere et eliberare, indemnemque cum Posteris reddere, nec non Bona praefata praesentibus resignata ab omnibus in genere Iuribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus super eisdem Bonis praesentibus per se Recognoscentem donatis cuicunque personarum modo quovis factis et faciendis, tum etiam a quibusvis Citationibus super eadem Bona praesentibus resignata impetratis et impetrandis, Lucris denique et Perlucris Processibusque Iuris quibusvis in quocunque puncto et gradu Iuris dependentibus et in quovis Iudicio et Officio Regni obtentis et obtinendis, ac super praemissis omnibus praesentibus resignatis modo quovis perductis et perducendis emundare et eliberare, mundaque et libera semper facere, ac etiam Intromissionem praefatam coram Officio praesenti admissam in fundo Bonorum praefatorum praesentibus resignatorum dum per Ministerialem et Nobiles duos officiose requi-

renitus non denegare imo debebit et tenebitur eandem
libere dare et effectualiter admittere, dataque et
admissa eadem, Possessionem et Usumfructum praemisso-
rum omnium quovismodo tam per se quam per suas quas-
vis submissas et subordinatas personas non praepedire
nec adimere, ipsumque Donatarium suum, ac ipsius Suc-
cessores in dictis Bonis praesentibus resignatis tam in to-
to quam in qualibus minima parte non inquietari ita ut eas-
dem Bona cum universis eorundem Utilitatibus et Usufructibus
is idem Donatarius suus, cum suis Posteris quiete et
pacifice praesentis Inscriptionis Donatarie vigore,
tenere, habere et possidere queat, iisque utifrui possit
perpetuo et in aevum irrevocabiliterque, Idque sub da-
mnis Terrestribus simpliciter absque corporali Juramento
taxandis et edicendis, per eundem Recognoscentem Nobi-
lem Petrum Lipinski vel eius Posteros suprascripto
Nobili Zachariae Strzelecki Zychalowicz Donatario
suo, aut illius Posteris ob non completionem praemissorum
omnium et singulorum, tam in parte, quam in toto, toties
quoties opus fuerit ad solvendum succumbendis. Pro
quibus quidem Damnis Terrestribus simpliciter absque
corporali Juramento taxatis modo praemisso ad sol-
vendum succubitis, ac pro re aliqua principali non com-
pleta complenda Citatus existens memoratus Recognos-
scens Nobilis Petrus Lipinski sive eius successores
ad instantiam praenominati Nobilis Zachariae Strzelecki
Zychalowicz Donatarii sui vel eius Posterorum
ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premy-
sliense, ex tunc recessu suprascripto, quo ad respon-
dendum spectat mediante, semper in primo Citationis
Termino tanquam peremptorio stare, Iuri parere,
et ex praemissis

respondere, damna praefata Terrestria simpliciter taxata Lueve, Inscriptioni praesenti satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesens illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causa eiusdem Terminos semper peremptorios, vera infirmitate, pro maiori minorenni-tate Successorum, Legatione intra vel extra Regnum, ser-uitio militari, ad munimenta, ad Exercitorem, vel alijs quibusuis Dillationibus et Legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praeterea vltra proxi-mos Officii praefati Castrensis Capitanealis Praemy-sliensis Terminos Dillationem sibi non recipiendo, nul-lasque Motiones Appellationes, ac earum prosecutio-nes faciendo, ac praemissa omnia Poenis simplicibus vel triplicatis Evasionibus suspensionibus fatalis Iu-ris, praescriptione Terrestri, bello, Conuentione neque ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo alio quouis euadendo, Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Kulczycki alterum quietat

767

Comparens personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Nobilis Stephanus Kulczycki Wolczko sanus mente et corpore existens a Terris, Districtibus, Iuribus Iurisdictionibus suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni qua ad Actum hunc attinet, se cum Suc-cessoribus, ac Bonis suis generaliter omnibus totaliter.